Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



257

quamuis fateatur multa sepe uidere mirisse quae fecerit ihs. Uolui
tamen etiam tertiam eius repraesentationem discipulis post re
surrectionem factam commemorare. Ad mare tiberiadis septem
scilicet discipulis: petro thomae natanael. filius zebedaei et alii
duo: Quos innumerabilem non expressit cum piscarentur: quan
do iussu eius retiam mittentes inde extraxerunt magnos
pisces. cl. iii. Quando etiam petrum interrogauit. utrum
ab illo amaretur. et ipsa pascenda ei commendauit oues suas: et de
eius ipsius passione praedixit. et de ipso iohanne ait. sic eum
uolo manere donec ueniam. Ad hoc iohannes euangelium suum
terminauit. Iam nunc quaerendum est. quando primum
uisus sit a discipulis in galilea. Quia et hoc quidem tradunt
iohannes in galilea factum esse. ad mare tiberiadis: quod facile
uidit quis eo loco illud miraculum. De ambi: quisque: quod tra
nauerent incipit idem iohannes. post haec abiit ihs trans mare
galileae tiberiadis. Ubi autem putari potest primum a discipulis
post resurrectionem uideri debuisse ihs in galilea. si recolantur
uerba illius angeli qui secundum matthaeum uenientibus admonumentum
mulieribus tra loquitur. Polite ait eis uos: scio enim quem ihm quaeritis qui cruci
fixus est. quaeritis non est hic. surrexit enim sicut dixit. Uenite et uidete
locum ubi positus erat dns. Et cito euntes dicite discipulis eius
quia surrexit. Ecce praecedit uos in galilea ibi eum uidebitis: Ecce
dixi uobis; Item secundum marcum. siue ipse sit angelus: siue alius: polite
inquit expauescere. ihm quaeritis nazarenum crucifixum. surrexit
non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. sed ite dicite discipulis eius
et petro. quia praecedit uos in galilea. Ibi eum uidebitis sicut dixit uobis;
Haec uerba uidentur sonare quibus non erat demonstratum ut
post resurrectionem discipulis in galilea. Quae demonstratio tamen
Ipse marcus commemorauit quia cum die mane prima sabbati
apparuisse primo mariae magdalenae. et illam uisisse discipu
lis. his qui cum eo fuerunt. lugentibus et flentibus. illos autem non cre
didisse; Post haec deinde duobus ex his apparuisse euntibus in mullam.